compescere mare fremens exitiumq; minitans. Vestrum
est tanto ardentius incumbere et commendationi, poenitentiae
et precibus, tum et cervicem nostram praeparare ad crucem,
ut si eam velit imposita Deus, aequanimiter gestare feramusq;
unica spes mihi est potens Deus, manusq; quam consilio seminibus
Evangelii jactis, et rigato tot saeculorum sanguine martyrum
agro divino benedicturum esse, utcunque tempestates ruant
Anti Christus et si quatiant, moveant Acheronta perrexisse. Vale
jam mi Reverende D. M. Sangalli 18. Decemb. 156. Saluta
honestiss. uxorem et liberos.

Huldricus Schlumpfius.

Inscriptio.

Dem ehrwirdigen und wolgelehrten
Herren [illegible]
S. [illegible], jetzund der kirchen [illegible]
minem Ehrenden und getrüwen
Herren.
Apotheker zů Chur.

222./ Gratia, misericordia et pax à Deo patre et Domino nostro
Jesu Christo, qui peccato semel mortuus est, et quod nunc vivit
Deo, et nos cum ipso, per ipsum et in ipso, Amen. In ea i-
gitur libertate, qua Christus nos liberavit, Evangelio S. Luthe-
ri, ... et nolite iterum jugo servitutis Antichri-
sti veteris et novi . . . . . Scribo haec ad te reveren-
dis. D. Doctor, magna fiducia fretus, ... ut filius Dei
ad dextram patris, cor et calamum tuum regat. Corvinum
et Winarium colloquia vix umbra fuerunt. Ita anhe-
lant gemitus et lacrymae piorum, ne Satan nos tentet in
summo principio stantes, scis in praefatione ad Galatas
esse, Diabolos jam nequiores Diabolis obsideri in his
ultimis mundi momentis, tantum ut unicam petram
Christum nobis eripiant aut subverterent. Illam praefa-
tionem legisse, nos oramus et flemus, nam diu dudum
clamavit, et noluimus audire, ne et clamantes nos . . .
non audiat. Certe profecto lapides iterum clamabunt
. . . si sen . . . veritatem liberare. Deus ornandus

et Adam crucifigendus, constituit etc: Volui proximè
orationem de legis usu, cum T. R. porrò conferre, sicut olim
cœpimus, sed cum oneri addere debui nec nolui. Mitto ex Lu-
thero testimonia, si vobis possent esse usui, Ulterius stilum
insignia de Justificatione collegissem, videbis ad marginem
Strausfedern interdum addedere; sed rogo tecum retineas,
aut corrige. Ego puto legi etiam adempta esse, quæ legis sunt
in quantum reputatus sit gratia, Spiritu, et lege in spiri-
ratum versa et mutata, ut loquitur vir Dei D. Lutherus.
Cæterum de his et similibus recepi T. R. coram aliquando
frater cum fratre. Rogo, ut . . . ratio habeatur, ut sim
in vicinia vobiscum, scio te posse . . . bene, diu,
constanter, piè in Christo vale. Quod spei, dic . . . de
vestro negotio arduo, sancto, divino. Ex thusse 24. 9bris
1560.

F. C. Otho.

inscriptio
Reverendo viro et fideli Dei ministro
D. Doctori Johanni Wigando, suo in Chri-
sto Dno et fautori dilectissimo.

Gratiam et pacem Dei in Christo. Ipso die Viti, vigilia cor- 223.)
poris Christi, Cæsarem nunc in alterum mensem, ab ordinibus
Imperii expectatum, ingressum esse Augustam. Quomodo sua Mti
illum sit obviam, quomodo perorante Cardinale Moguntino
et exceptus sit Cæsare extra urbem, et de tota illa maxi-
ma pompa, scriptum tibi in tres . . . mittemus germanicum
quamquam sciam, te istas res non valde morari, per hunc tabel-
larium mi charus p. noster in sic habeto de ingressu. Prin-
cipes Bavariæ deduxerunt Cæsarem, quingentis equitibus bene
armatis, hastatis et rubeo colore indutis, in media urbe.
Monachi et Canonici utriusque hic vitulo dissimi hostes verbi
exceperunt Cæsarem, cum tympanis et organis, vestitu sta-
rimico induti, seri etc: quæ magis et interim vertunt ac pavidæ
resultationes contra Evangelium, sibi non sunt ignota.
Tria maxime observavi in tota pompa. Ipsum vultum Cæsa-
ris, et nostrum electorem, illum ensem præferentem, et quo
loco, irent tantæ Ro. Ecclesiæ cardines, proximè ante Cæsarem,